



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o q[ua]rta

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

factum vterum tuum de spiri-
tu sancto credimus impregna-
tum erubescat iudeus infelix
qui dicit christum de ioseph
semine esse natum. Dum ego
Nouem esse angelorum. **Lectio ij.**
ordines archangelorumque ag-
mina ad dei iudicia ac mini-
steria complenda restante sa-
cro eloquio cognouimus quo-
rum principatus mirabiliter
omnipotentis nutu distinguuntur.
Quibus a primordio incipien-
tis vite beatorum spirituum
distinctionibus signa celorum
regna a deo conditore imper-
petuum mirabiliter colloca-
ta subsistunt. His omnibus do-
dilectis angelorum ordinibus
huius diei solennitatem credi-
mus esse consecratam. Tu autem.
R. Te sanctum dominum ut s i
i. vespis Michaelis. **Lectio iij.**
Non solum autem angelorum
spiritibus verumetiam sanctis
omnibus qui in terra sunt ab ex-
ordio mundi procreati hono-
rabiliter hodierna diei festiui-
tas dedicata consistit. Equi-
bus primi fuerunt patriarche
viri religiosi patres propheta-
rum et apostolorum quorum me-
moriam non derelinquetur in e-
ternum. Hos sequitur electio
prophetarum quorum quasi be-
atus iohannes baptista qui eo-
dem angelo quo christus de-
nunciante conceptus est pma

tuz tenet. Huic athlete si ele-
ctio concordat duoden-
stolorum numerus qui a pmi-
miraculorum virtutibus ad co-
ponendum noue fidei funda-
mentum erigendumque adhuc
tenere statum ecclesie prouide-
tia diuina ex omnibus quos ca-
piebat mundus elegit. Tu autem
R. Qui sunt hi qui ut nubes
volant. et quasi columbe ad fe-
nestras suas. **R.** Dorsa eorum
plena sunt oculis et scintille ac
lampades in medio discurren-
tes. Et qua. Glo. Et. **In secun-**
do nocturno. an. Dne qui opa-
ti sunt iusticiam habitabunt i
tabernaculo tuo et requiescent
in monte sancto tuo. **ps.** Do-
mine quis habitabit. **Ant.**
Hec est generatio querentium
dominum querentium facies
dei iacob. **ps.** Dni est terra.
Ant. Letamini in domino et
exultate iusti et gloriamini om-
nes recti corde. **ps.** Bti quor-
um. Iustorum aie. **Lectio quarta.**
Nis subiectus est triumphas
le martyrum nomen qui p di-
uersa tormentorum genera christi
passionem non lacescentibus
precordiorum mentibus imita-
bantur. Alii ferro perempti.
Alii flammis exusti. alii flagris
verberati. alii vectibus pfora-
ti. alii cruciati patibulo. alii pe-
lagi periculo precipitati. alii
vivi excoiati. alii trunati ma-
A ij

nisbus siue ceteris celsi membris
spectaculum contumelie in po-
pulis nudi propter deum porta-
uerunt. Eis nimirum hunc di-
em tantum credimus sancti-
ficatum quantum in semetip-
sis ut sacrificarentur laborare
pro tormenta non cessauere. Tu.
R. Isti sunt sancti qui pro tes-
tamento dei sua corpora tra-
diderunt. Et in sanguine ag-
ni lauerunt stolas suas. **A.** Tra-
diderunt corpora sua propter de-
um ad supplicia et meruerunt ha-
bere coronas perpetuas. **Et.**
Ipsi vero sacerdotibus **Leitio. v.**
atque doctoribus siue profes-
soribus huius festiuitatem diei
non ignoram esse credimus quod
corda fidelium spiritualiter quod
si imbribus irrigant celestibus
ut feliciter proferre immarces-
cibilem bonorum operum possint
fructum. Qui talenta sibi cre-
dita non solum reddere verum
etiam cum usura sine fraude
amplificare procurauerunt. **T.**
R. Sint lumbi vestri precin-
cti et lucerne ardentes in ma-
nibus vestris. Et vos similes
hominibus expectantibus do-
minum suum quando reuerta-
tur a nuptiis. **A.** Vigilate er-
go quia nescitis qua hora do-
minus uesterventurus sit. **Et**
vos similes homini. **Leitio sexta.**
Beata dei genitrix et semper
virgo maria templum domi-

ni sacrarium spiritus sancti. Vir-
go ante partum virgo post par-
tum presentis diei sollemnita-
tis cum suis virginibus expro-
nullo modo credenda est. Que
dei populum faciendo mone-
bat spernere perituri luxus se-
culi ac lenocinia mortalis na-
ture declinare carnis pudicitiam
cum uirginitatis honore
intra cordis hospitium obserua-
re. Omnium horum meritis
quorum hodie temporalia festa
gerimus ad eterna peruenire
satagamus. Tu autem domine.
miserere nobis Deo gratias.
R. Simile est regnum celorum
decem virginibus que accipi-
entes lampades suas Exierunt
obusam sponso et sponse. **A.**
Media autem nocte factus est
clamor: uigilate uirgines spon-
sus ecce uenit. Exierunt. **Gla.**
Exierunt. **In tertio nocturno**
an. Timere dominum omnes
sancti eius quoniam nihil de-
est timentibus eum: ecce oculus
eius in preces eorum. **psalm.**
Benedicaz. **an.** Domine spes san-
ctorum et turris fortitudinis
eorum dedisti hereditatem et
mentibus nomen tuum et inhabi-
tabunt in tabernaculo tuo
in secula. **ps.** Exaudi deus de-
precationem. **ans.** Beati quod
elegisti domine: habitabunt in
atriis tuis. etenim clamabunt et